



Universitätsbibliothek Paderborn

**Hydra Prophanarum Novitatum, Sive Descriptio
Historico-Theologica causarum principalium omnium
irrepentium Hæreseon ac Schismatum: unàque Generalis
earundem prophanarum Novitatum confutatio**

Alexander <a Sancta Theresia>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Caput VII. Indomita Religionem innovandi libido, est schismatis & hæreseos causa ac nota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35361

spiritus Dei : quod ait se velle , nolunt illi servare
 Dei cultores (nimis misericordiam & com-
 passionem :) & igitur tollerabilius remitterent
 (concludo cum Waldensi) quam ligarent : ut
 enim recte & consolatoriè S. Cyprianus (a) ,
 In amplitudine sinus sui mater charitas prodigos
 suscipit revertentes: & velit nolit Novatus hære-
 ticus , omni tempore Dei gratia recipit pœnitentia-
 tes. Quos recipit Dei gratia , non rejiciat homi-
 nis servitia. Et sanctus Nazianzenus : Nonne
 Dens , cuius multa sunt , ob qua admirationis est ,
 nihil tam peculiare habet , quam ut omnibus be-
 neficiat ? Noli igitur ignominia afficere conjecta ,
 noli venari nova in praxi pœnitentiae .

CAPUT VII. Hydræ.

Indomita Religionem innovandi li-
 bido est schismatis & hæreses causa
 ac nota.

Mille hominum species , & rerum discolor
 usus :

Velle suum cuique est , nec voto vivitur
 uno.

Quod enim exploratissimum sit in cæteris
 hominum commerciis , notissimum pari-
 ter ac lugendissimum in Ecclesiasticis , in rebus ,



252. Hydræ prophan. Novit.

inquam, ad fidem ac religionem spectantibus
quanta enim hodie circa divinum cultum,
fidei dogmata dissidia! quam confusa Ecclesiam
perturbat hæresum colluvies! Quæ por-
rò deplorandissimæ catastrophes causa? Quæ
mæstissimi belli origo? In promptu est: indu-
mita nimirum novandi libido, cùm nihil ade-
pium, nihil adest vetustum, fixum ac religio-
sum, quod improvidè tentare, pro viribus

Part. 2.
ser. de fig.
ruin. Ecl. 1.

sum, quatere; innovare, reformare ac labefacere
refugiat. Hæc comprimis dissidiorum, schi-

smatum, hæresumque causa. Unde Gerlon(4)
Signum ruina Ecclesia est, novitas opinionum. Et
hac enim, inquit, surgunt hæreses: schismata
orta defenduntur, & defensa radicantur, in-
dicata fidem & Ecclesiam defruunt. Qui
enim prophanis novitatibus libenter pascitur,
eas excogitat, divendit, docet, ac prædicat, su-
gum est, quod inaniter populo querit placere
plausum ac estimationem sui aucupari, adeoq;
quod seipsum, non Jesum Christum prædicit:

b Iean. 7.
neque convincitur eum à semetipso loqui, non
à Deo; ut enim est apud Joannem: Quia
semetipso loquitur, glorians propriam qua-
rit. Qui verò propriam querit gloriam eam
que per novæ doctrinæ prædicationem ca-
ptandam sperat, etiamsi hæreses inventa-
rit, ipsâ novitate placebunt, & sperans in
de gloriam ac famam habiturum, non so-
lum eas prædicare non reformidabit, sed &
velut pretiosas inventas gemmas ven-
dita-



it.

Caput VII.

253

ditabit: Nōrunt quippē populi seductores,
quae nova sunt grata esse & accepta vulgo
præsertim in quo non est consilium, non ra-
tio, non discretio, non diligentia: Faciles o-
mnibus novi aliquid afferentibus aures præ-
bet, nova facilè sectatur, nova avidè ample-
ctitur, nec quidquam nisi præsentia respicit.
Id in Lutheri hæresi apparuit, quām plures
præcipiti quodam judicio, inquit Floremun-
dus Remundus, (a) aut potius temerariā cre-
dulitate amplexi sunt, Lutherum videre ac
audire gestientes noxiā allecti novitatum cu-
riositate: cūm econtra omnes novorum do-
gmatum disseminatores, remis ac velis sint
fugiendi, modisque omnibus fugandi, ipsa e-
nim doctrinæ novitas de hæresi semper est
suspecta: Christus namque ejusque Aposto-
li, sufficientem doctrinam ad vitam æternam
consequendam dederunt Ecclesiæ. Nec post
datam à Christo legem, alia iterum à Deo est
exspectanda, quoniam æternum Christi exi-
stit Testamentum. Si igitur novi quidpiam
nunc prædicatur, cuius nec vestigium habetur
in Ecclesia relictum ab Apostolis usque in
hunc diem, Ipsa rei novitate est de hæresi suspe-
ctum: Alioquin oporteret fateri Apostolos
imperfectè, ac insufficienter prædicasse E-
vangelium, Ecclesiamque, quam docendam
Spiritus Sanctus suscepit, tam longo tempore
fuisse in tenebris ignorantia, quod est impossi-
bile: Novitas ergo doctrinæ aut hæresis est,

2' Lib. 2.
cap. 10.
s. I.

R 5

aut



254 Hydræ prophan. Novit.

Galat. I.

aut del iæresi suspecta. Quam proinde noxiā novitatem Apostolus toties damnat, damna tamque fugiendam docet : Glatas novis qui busdam Evangelistis aures præbent, sic arguit : *Miror quod sic tam cito transmisi alibi eo, qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud Evangelium quod non est aliud,* sunt aliqui, qui vos conturbant, & voluntur vertere *Evangelium Christi.* Sed licet nos, *Angelus de caelo Evangelizet vobis præterquam quod Evangelizavimus vobis,* anathema. *Sicut prædiximus & nunc iterum dico :* signum vobis *Evangelizaverit præter id quod accepisti,* anathema sit. Observat ad hunc locum Apostoli Cornelius à Lapide, fuisse Angelum diabolici spiritus ac perversum, qui Lutherum docuit, & qui Zwinglium de Eucharistia instruxit, de quo ipsem lib. de supplemento Eucharistiae scribit, nescire se an albus, auctor fuerit : sed hinc certum est atrum fuisse illique quasi *novum Evangelium*, novam fidem, nova dogmata receptæ fidei contraria afferenti ab Apostolo intentatum esse anathema. Hic est ergo canon fidei, quem tradidit Apostolus : *Si novum dogma oriatur alicubi, exatminetur, an concordet cum recepta & antiqua Ecclesiæ Catholicæ fide, quam primitus prædicavit Paulus & Apostoli : quod si inveniatur ab ea dissentire, habeatur Hereticum & anathema.* Ita à Lapide. Hunc Canonem sequuntur Patres omnes.

Divus



Caput VII.

H 255

Divus Irenæus. (a) Si de aliqua modica
q̄estione disputatio orta fuerit, nonne oportebit ^{a Lib. 3.}
in antiquissimas recurrere Ecclesiæ, & ab eis
sumere de præsenti q̄estione quod certum & li-
quidum est?

Tertullianus. (b) Quid prædicaverint A- b De præ-
postoli, quid illis Christus revelaret & hic præ- script.
scribam, non aliter probari debere, nisi per eas- ^{b. 21.}
dem Ecclesiæ, quas ipsi Apostoli considerunt.
Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctri-
nam, qua cum illis Apostolicis & matricibus &
originalibus fide confiret, veritati deputan-
dam, reliquam verò omnē de mendacio præjudi-
candam. Et alio loco. Ex ipso ordine mon-
stratur id esse Dominicum & verum, quod sit ^{cap. 31.}
prius traditum; id autem extraneum esse &
falsum, quod sit posteriorius immisum.

Origenes. (c) Hæreticus habendus est omnis ^{c In Matt.}
ille, qui Christo quidem credere se profiteret, a- homil. 19,
hinc tamen de fidei veritate credit, quam habeat
definitio Traditionis Ecclesiæ.

Hieronymus. (d) Quisquis assertor es ma- ^{d Epist. ad}
jorum dogmatum, quæ so te, ut parcas humanis ad Pam-
auribus, parcas fidei, quæ Apostolico ore lau- ^{mach. &}
data est. Cur post quadringentos annos (Di- Ocean.
camus nos. Cur post mille quingentos annos,
ô Luthere! ô Calvine, cæterique Novatores!)
docere nos niteris, quod ante nescivimus? Us-
que in hanc diem, sine vestra ista doctrina, Chri-
stianus mundus fuit.

S. Athanasius. (e) Ne sustinueritis eos, qui ^{e Disp. 1.}
contra Ad.
novis viam nos.

novis rebus student, etiam dictiones ex sacris Lata-
teris scribant, ne sustinueritis hoc genus scripu-
rum, etiamsi voces Orthodoxæ fidei loquuntur:
ne ita quidem loquentibus attendite: non en-
recto animo loquuntur, sed veluti indumentum
ovium hac verba præferunt.

a Orat. 2.
de Ima-
gis.

S. Joannes Damascenus aquasi Leo rigens
contra Leonem Isaurum Imperatorem lo-
nocalstam: *Audite, inquit, populi, tribus, lu-*
gue, viri, mulieres, pueri, senes, adolescentes,
infantes, Gens Christianorum sancta; Signum
Evangelizaverit vobis præter id quod Ecclesia
Catholica à Sanctis Apostolis, à Patribus aliquo
Conciliis acceptum ad hunc usque diem seruat,
eum ne audieritis, nevè serpentis consilium au-
peritis, sicut fecit Eva, ex quo mortuus
est assecuta. Licet Angelus, licet Rex evan-
gelizet vobis præter id quod accepistis, atri
occludite.

b Lib. ad
Constant.

S. Hilarius (b) sic instruit Constantium
Augustum: *Fidem Imperator queris? Aude*
eam non de novis chartulis, sed de Dei libris.

c Epist.

S. Bernardus (c) Petro Abailardo insultans:
Quis non horreat, inquit, prophanas novitatem
& vocum & sensuum? Eatalio loco (d) his-
pithetis novitatem exornat: Novitas, ait, ma-
ter temeritatis, soror superstitionis, filia levitatis.

190.

d Epist.

174.

e Serm. 12.

in Cant.

Gillebertus Abbas (e) relatus inter opera
S. Bernardi: *Nesciunt, inquit, cogitationes anti-*
quas habere, qui novitates verborum exquirunt,
qui nova excudunt dogmata, qui juvenilia de-
fari

sideria non declinant, qui nihil habent gravitatis,
nihil auctoritatis, nihil antiquitatis plenum...
Ingredere in eudos recessus fidei, introduc dile-
ctum in cubiculum matris tuae, ut quicquid de
Christo sapias, quicquid sentis, intra Ecclesiam con-
stringas regulas, ad ejus castiges censuram.

S. Augustinus (*a*) acerrimus Catholicæ an-
tiquitatis vindicta, frequenter Novitates velut
hæretes, aut de hæresi vehementer suspectas,
est insectatus. Inventorem vel sectatorem no-
vitatis definit hæreticum, dicens eum esse :
*Quis alicujus temporalis commodi, & maxima
gloria principatusque sui gratiâ novas opiniones
vel gignit, vel sequitur.* Rursum ita novita-
tem condemnat : (*b*) *Mira sunt, quæ dicitis,*
nova sunt, falsa sunt. Quasi dicat : falla sunt,
quia nova sunt. Item alibi : *Semper*, inquit,
(*c*) *viris Sanctis suspecta fuit novitas, præterea :* *Ad Op-*
Novitatis appetitio, ait, (*d*) *comite errore*, *ad rat. dera-*
magnas deducit angustias. Deniq; : (*e*) *Non ac-*
cipro quod de baptizandis hereticis B. Cyprianus *de*
sentit : quia hoc Ecclesia non accipit, pro qua B. *mer. Ma-*
Cyprianus sanguinem fudit. Ita & reliqui Pa- *nich c. 10.*
tres, omnem novitatem à recepta & antiqua *e Lib. 2.*
Ecclesiam fidei sentientem, ut hæreticam re- *contra*
jiciunt : & non sine evidenti ratione : quia *Crescon.*
Ecclesia, ut ait Apostolus, *columna est, & fir-* *cap. 21. ¶*
mamentum veritatis. Qui ergo novi aliquid *Tim. 3.*
contra ejus sententiam ac dogmata comminifi-
citur, à domo veritatis, ipsaque veritate ab-
scedit & aberrat, ut nervoso dilemnante con-
cludit

*a Lib. de
util. cre-
dendi.*

*b Lib. 4.
contra Ius-
tian. c. 3.*

c Ad Op-
Novitatis appetitio, ait, (*d*) *comite errore*, *ad rat. dera-*
magnas deducit angustias. Deniq; : (*e*) *Non ac-*
cipro quod de baptizandis hereticis B. Cyprianus *de*
sentit : quia hoc Ecclesia non accipit, pro qua B. *mer. Ma-*
Cyprianus sanguinem fudit. Ita & reliqui Pa- *nich c. 10.*
tres, omnem novitatem à recepta & antiqua *e Lib. 2.*
Ecclesiam fidei sentientem, ut hæreticam re- *contra*
jiciunt : & non sine evidenti ratione : quia *Crescon.*
Ecclesia, ut ait Apostolus, *columna est, & fir-* *cap. 21. ¶*
mamentum veritatis. Qui ergo novi aliquid *Tim. 3.*
contra ejus sententiam ac dogmata comminifi-
citur, à domo veritatis, ipsaque veritate ab-
scedit & aberrat, ut nervoso dilemnante con-
cludit

258 Hydræ prophan. Novit.

a Lib. 2.
contra
Gaudent.
cap. 8.

cludit S. Augustinus: (a) *Responde*, inquit,
trum Ecclesia (oriente Donato) perierit,
non perierit? *Elige quod putaveris*. Si jam
perierat, *Donatum quæ peperit?* Si autem tot
eam sine Baptismo aggregatis perire non posse
responde queso, ut ab ease, tamquam malorum
communionem devitans, pars *Donati separari*,
quæ dementia persuasit?

b In cap. 1.
Galat.

Pari modo jam concludam, cum Cornelio
à Lapide. (b) Orientे Lutherо, Calvino,
Mentione, & quovis alio Novatore, vel Ec-
clesia veraque fides periit, vel non periit: Haec
enim duo necessariò connexa sunt, vera fides
& vera Ecclesia, adeò ut, si vel in uno puncto
verbi gratia, Sanctos esse invocandos, à ven-
fide aberraret Ecclesia, Hæretica sit opone-
nec Ecclesia Dei, sed Sathanæ, sicut privatus
quisque, qui vel unam hæresim tuetur, licet
cæteris articulis rectè credat, & aliis Ortho-
doxis consentiat, non Orthodoxus est, sed
Hæreticus. Dico ergò: oriente Calvino, vel
periit Ecclesia, vel non periit: si periit, adeo
que periit à tempore Gregorii Magni, ut aijunt
Novantes: ergò per 900. annos extincta fuit
Ecclesia; ergò mundus per annos 900. vera
fide, Religione, Sacramentis, Ecclesia, salu-
teque caruit; ergò Christus per annos 900.
Sponsam suam deseruit; ergò æternum Chri-
sti regnum concidit (regnat enim Christus in
Ecclesia; ergò adversus Ecclesiam portæ in-
seri prævaluere; ergò Calvinus natus est extra
Eccle-

Ecclesiam , nec Ecclesiæ membrum fuit , sed infidelis , Hæreticus , vel Paganus ; ergo à populo , à mundo quasi fidelis recipi , audi- rique non debuit , sed tamquam infidelis ad Ecclesiam non pertinens , contemni ac rejici . Si non periret , sed in vera fide & Ecclesiæ na- tus , baptizatus , educatus , institutus est Calvinus ; ergo cùm in Catholica , Apostolica , Romana Ecclesia natus , baptizatus , educatus , institutus fuerit Calvinus , illa utique vera erat Ecclesia , veram habens fidem ; ergo cùm ab ea discessit , ac segregavit se per nova dogmata Calvinus à vera se fide & Ecclesia separavit , ab eaque apostatavit : ergo cùm aliam Eccle- siam reformatam instituit , non veram & A- postolicam , sed apostaticam , schismatycam , hæreticam , non fidei , sed novorum dogmatum , sed hæresum magistrum & scholam instituit . Ita à Lapide .

Vincentius Litinensis (a) aureo illo libello ^{a Cap. 12.} præscriptionum adversus prophanas hæresum novitates non aliud facit , quām ut regulam hanc sanciat : *Retinenda est antiquitas , explo- denda est novitas.* Locum Pauli ad Galatas 1. cap. supra allegatum , fusè ac præclarè sic pre- mit & exponit . „ Magno igitur metu nobis immutatæ fidei , ac temeritatæ Religionis pia- culum pertimescendum est , à quo nos non „ solum Constitutionis Ecclesiasticæ discipli- „ na , sed etiam censura Apostolicæ deterret au- „ ghoritatis . Scitum etenim cunctis est , quām „ gravi-

„graviter, quam severè, quam vehementer
 Galat. 1. „invehatur in quosdam Beatus Apostolus
 „Paulus, qui mirâ levitate nimium
 „translati fuerant ab eo, qui eos vocaverant
 1. Tim. 4. „in gratiam Christi, in aliud Evangelium
 „quod non est aliud; qui coacervabant
 „Magistros ad sua desideria, à veritate quidam
 1. Tim. 5. „auditum avertentes, conversi verò ad facta
 „las habentes damnationem, quod prima
 2. Tim. 16. „fidem irritam fecissent. Quos deceperant
 „ii, de quibus ad Romanos Fratres scripsit
 „idem Apostolus: Rogo autem vos fratres
 „tres, ut observetis eos, qui dissensionem
 „offendicula præter doctrinam, quam
 „didiicistis, faciunt, & declinate ab illis:
 „jusinodi enim Christo Domino non lo-
 „viunt, sed suo ventri: & per dulces ser-
 „nes & Benedictiones seducunt corda in-
 „centium. Qui intrant per domos, & capi-
 „vas ducunt mulierculas oneratas pecunia
 „quæ ducuntur variis desideriis: semper
 „discentes, & ad scientiam veritatis nunquam
 „pervenientes. Vaniloqui & seductores,
 „qui universas domos subvertunt, docentes
 „quæ non oportet, turpis lucri gratia. Ra-
 „mines corrupti mente, reprobi circa-
 „dem: superbi, & nihil scientes: sed langui-
 „tes circa quæstiones & pugnas verborum
 „qui veritate privati sunt, existimantes que-
 „stum esse pietatem: simul autem & otiosi
 „discunt circumire domos; non solum autem
 „otiosi

Tit. I.

1. Tim. 3.
 1. Tim. 6.
 1. Tim. 5.

otiosi , sed & verbosi & curiosi, loquentes „ 1.Tim. 1.
que non oportet. Qui bonam conscientiam „ 1.Tim. 2.
repellentes , circa fidem naufragaverunt. „
Quorum prophana vaniloquia multum pro- „
ficiunt ad impietatem & sermo eorum ut „
cancer serpit. Benè autem , quod de iis i- „ 2.Tim. 3.
tem scribitur : sed ultrà non proficiunt : in- „
sipientia enim eorum manifesta erit omni- „
bus, sicut & illorum fuit. Cùm ergò tales „
quidam circumeuntes Provincias & Cittati- „
tes, atque errores venalitos circumferendo „
etiam ad Galatas devenissent : cùmque his „
auditis Galatæ naufragia quadam veritatis ad- „
fecti, Apostolicæ Catholicæque doctrinæ „
mannarvomentes, Hæreticæ novitatis for- „
dibus oblectarentur, ita se se Apostolicæ po- „ Galat. 1.
testatis exercuit authoritas , ut summa cum „
severitate decerneret : Sed licet aut nos, in- „
quit, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, „
præterquam quod evangelizavimus: anathe- „
masit. Quid est quod ait : Sed licet nos ? „
Cur non potius : sed licet ego ? Hoc est, „
etiamsi Petrus, etiamsi Andreas, etiamsi Jo- „
annes, etiāsi postremo omnis Apostolorum „
chorus evangelizet vobis , præterquam „
quod evangelizavimus, anathema sit. Tre- „
menda districtio: propter adserendam pri- „
mæ fidei tenacitatem , nec sibi , nec cæteris „
Coapostolis pepercisse Parum est. Etiam- „
si Angelus, inquit, de cœlo evangelizet vo- „
bis, præterquam quod evangelizavimus; a- „
nathema-

S

nathema-

, nathema sit. Non sufficerat ad custodi
 , traditæ semel fidei , conditionis huma
 , commemorasse naturam , nisi Angel
 , quoque Excellentiam comprehendisse
 , et nos , inquit , aut Angelus de cœlo .
 , quia Sancti cœlestesque Angeli peccar
 , possint , sed hoc est , quod dicit : si en
 , inquit , fiat quod non potest fieri , quod
 , ille traditam semel fidem mutare tentare
 , anathema sit.

a Cap. 13.

, Sed (a) hæc forsitan perfunditorie p
 , locutus est , & humano potius effudit
 , petu , quam divinâ ratione decrevit . Al
 , Sequitur enim , & hoc ipsum ingentium
 , mine iteratæ insinuationis inculcat . Sa
 , prædiximus , inquit , & nunc iterum da
 , Si quis vobis evangelizaverit præterqu
 , quod accepistis : anathema sit . Non dan
 , quis vobis annuntiaverit : præterquam qu
 , accepistis , benedictus sit , laudetur , reop
 , tur : sed anathema sit , inquit , id est , Iesu
 , tus , segregatus , exclusus , ne unus vobis
 , rum contagium , innoxium grægem Chri
 , venenatâ permixtione contaminet . Sed fa
 , sitan Galatis ista tantum præcepta sunt :
 , gò & ista solis Galatis imperata sunt , que
 , ejusdem Epistolæ sequentibus commemo
 , rantur : qualia sunt hæc : Si vivimus spiri
 , spiritu & ambulemus : Non efficiamur in
 , nis gloriæ cupidi , invicem provocantes , i
 , vicem invidentes . Et reliqua . Quod si ab
 , surda



surdum est, & omnibus ex æquo imperata,,
sunt, stat, ut sicut hæc morum mandata, ita,,
etiam illa, quæ de fide cauta sunt, omnes pa-,
ri modo comprehendant.,,

a Cap. 14.

Et, (a) sicuti nemini licet invicem provocare,,
aut invidere invicem, ita nemini liceat præter id,,
quod Ecclesia Catholica usquequaque evan-,,
gelizat, accipere. Aut forsitan tunc jube-,,
batur, si quis annuntiasset præterquam quod,,
annuntiatum fuerat, anathemari: nunc verò,,
jam non jubetur. Ergo & illud quod item,,
ibiait: Dico autem, spiritu ambulate, & de-,,
siderium carnis non perficietis, tunc tantum,,
jubebatur, modò verò jam non jubetur.,,
Quod si impium pariter & perniciolum est,,
ita credere, necessariò sequitur, ut sicut hæc,,
cunctis æstatibus observanda sunt, ita illa,,
quoque quæ de non mutanda fide sancta,,
sunt, cunctis æstatibus imperata sunt. Ad-,,
nunciare ergo aliquid Christianis Catholi-,,
cis, præter id quod accepertunt, numquam,,
licuit, nusquam licet, numquam licebit: &,
anathemare eos qui adnuncient aliquid, præ-,,
terquam quod semel acceptum est, num-,,
quam non oportuit, nusquam non oportet,,
numquam non oportebit. Quæ cùm ita
sint, estne aliquis vel tantæ audacie, qui,,
præter id quod apud Ecclesiam adnuncia-,,
tum est, adnunciet: vel tantæ levitatis, qui,,
præter id quod ab Ecclesia accepit, accipiat?,
Clamet, & repetēdo clamet, & onibus, & sem-,,
per, & ubique per litteras suas, clamet ille, il-,,

S 2

levas

„le vas electionis , ille Magister Gentium
 „ ille Apostolorum tuba, ille terratum præ-
 „ ille cœlorum conscius , ut Si quis no-
 „ dogma adnunciaverit , anathematizum
 „ contra reclamant ranæ quædam , &
 „ nipses, & muscæ in orituræ , quales
 „ Pelagiani , (addo : & Lutherani , &
 „ nian , & ceteri Novatores) & hoc Can-
 „ licis : Nobis , inquiunt , authoribus ,
 „ Principibus , nobis Expositoribus dan-
 „ te quæ tenebatis , tenete quæ damnabili-
 „ rejicite antiquam fidem , paterna instruc-
 „ Majorum deposita , & recipite , quæ
 „ illa tandem ? Horre dicere : sunt et
 „ tam superba , ut mihi non modò adfim-
 „ sed nec refelli quidem fine aliquo pia-
 „ posse videantur .”

Observa hinc , quanta sit certitudo fidei
 Apostolis traditæ , tot signis , tot mira-
 lis à Deo confirmatæ , & ad nos per con-
 nuam tot jam sæculorum traditionem tra-
 missæ ; quamque in illa firmi & constanter
 esse debeamus : Ut scilicet id potius nega-
 mus , quod sensus , quod ratio , quod di-
 monstratio , quod auctoritas omnium ho-
 minum & Angelorum (etiamsi facerent in-
 racula ad id probandum ; quod tamen est
 impossibile) suggerit , quam id negare
 quod fides docet : Quia fides primavæ de-
 velopmentæ , qui prima est & immutabilis
 veritas , nascitur : reliqua omnia falli & fa-
 ltere possunt



lere possunt. Imò si per impossibile Deus revelaret contrarium fidei nostræ , quam jam primò revelavit , primæ ejus revelationi credendum foret , non secundæ : Quia si revelaret contrarium , mutaretur , & consequenter desineret esse Deus , & prima ac infallibilis veritas. Quæ omnia cùm sint impossibilia , sequitur Deum contrarium revealare non posse ; ac consequenter qui novam & contrariam doctrinam afferunt , non illam Dei , sed cerebri sui , vel dæmonis revelatione accepisse , de quibus Sanctus Hieronymus : (a) *Unusquisque fingit quod vult.* *E* a In A-
mos 3.

Ex dictis patet evidenter , omnia nova dogmata receptæ Catholicæ fidei contraria esse hæreses : & consequenter qui indiscreto reformandi zelo succensi propriâ authoritate Novitates inducere student circa fidem ac Religionem , aut Hæreticos esse , aut in præcipitio in hæresim incidendi , consistere , qui enim indomitâ agitur novandi cupidine , facile hæreticas etiam novitates excogitabit . Sed promoteamus intentum ex Apostolo (b) *b. Timothei* , id ipsum quod novitatem asserente . *O Timothee , inquit , depositum custodi , devitans prophanas vocum novitates , & oppositiones falsi nominis scientiae , quam quidam promittentes , circa fidem exciderunt .* Illustris & efficax est iste Apostolicus textus adversus universos Novatores . Per depositum

S 3

sum

266 Hydræ prophan. Novit.

rum igitur intelligitur doctrina sana & tholica , quæ Timotheo quasi Episcopo credita erat , eique quasi depositum & Paulo commendata: patet primò , quia explicat Apostolus , subdens: *Devitans prophetas vocum novitates* , & oppositiones falsi nominis scientie : Ubi prophanas novitates falsi nominis scientiam quasi depositum oppositam & contrariam vitari jubet : si falsi nominis scientia opponatur depositum sequitur depositum esse veri nominis scientiam , seu sanam ac Catholicam doctrinam hæc enim vera sapientia est & scientia. cundò , id ipsum patet ex alia Apostoli stola ad Timotheum , (4) ubi hoc depositum iterum atque iterum commendat Timotheo , & iisdem penè verbis , quibus utitur , cum ait : *Formam habe sanum verborum , qua à me audisti in fide , dilectione in Christo Iesu : bonum depositum custodi.* Et iterum: (b) *Qua audiisti à per multos testes , hæc commenda fidelibus minibus.* Et infra. *Sollicitè cura tuus Eccl. rectè tractantem verbum veritatum prophana autem & vaniloquia devita.* Ecce bi idem quod hinc ait : *Devitans prophetas vocum novitates.* Tertiò , quia ita evocant Chrysostomus , Anselmus , Theophilactus , Oecumenius , Vincentius Lirianus apud à Lapide . Hinc autem consequitur doctrinam Catholicam solere per

a. 2. Tim.

b. Cap. 1.
Cap. 2.

nus tradi, ejusque custodes Episcopos esse
obstrictos ad hoc, ut ne minimam ejus par-
tem tolli aut vitiari patientur per propha-
nas novitates: *lex enim depositi*, inquit
Chrysostomus, *non patientur ut aliquid illius*
pereat sine culpa apud depositarium. Unde
Sanctus Basilius Praefectus Valentis Impe-
ratoris Arriani urgenti ut ei in nonnullis cre-
deret, ita respondit: *Qui Divinis nutriti*
sunt eloquii, corrumpti de Divinis dogma-
tibus nec unam syllabam patientur: Sed pro
iu, si ita oporteat, omnes mortis species ample-
fluntur. Rationem autem, cur nihil in fi-
dei dogmatibus fas sit innovando immu-
tare, egregie dat Vincentius Lirinensis. (4) a Lib. 9:
Nam si semel, inquit, admissa fuerit hæc , contra
impiæ fraudis licentia, horreo dicere, quan- ,
tum extindendæ atque abolendæ Religio-,
nis periculum consequatur. Abdicata e- ,
tenim qualibet parte Catholici dogmatis, ,
alia quoque atque item alia , ac deinceps ,
alia, & alia jam quasi ex more & licto abdi- ,
cabunrur, Porrò autem singulatim partibus ,
repudiatis, quid aliud ad extremum seque- ,
tur, nisi ut totum pariter repudietur? Sed ,
& ècontra, si novitia veteribus, extranea ,
domesticis, & prophana sacratis admiseri ,
coperint, proserpat hic mos in univer- ,
sum necesse est, ut nihil post hac apud Ec- ,
clesiam relinquatur intactum, nihil illiba- ,
tum, nihil integrum, nihil immaculatum: ,

, sed sit ibidem deinceps impiorum actus
 pium errorum lupanar, ubi erat antea
 stæ & incorruptæ sacrarium veritatem
 Sed avertat hoc à suorum mentibus nos
 divina pietas, sitque hic potius impiorum
 furor.

Vides quæ abducat *indomita novanda*
bido? Quæ dum ab uno aliquo fidei articulo
 facit initium, deinde omnes consequenter
 convellit ac abnegat: quemadmodum
 aperta levi murorum ruina, hostes tun
 tum irrumunt: aut rupto alicubi agget
 aqua omnia longè latèque inundat, nec ul
 lo obice coerceri potest. Est quoque serie
 articulorum fidei similis annulo, qui vel
 minima fractus parte digito amplius adapta
 ri nequit: Itemque campanæ, quæ, vel la
 vissimâ acceptâ fissurâ, sonum omnem de
 perdit. Quocirca mirum non est, quod u
 niversa Christiana Respublica commove
 sit solita, quam primùm vel unum Religio
 nis articulum intelligit, *innovari*, aut in
 dubium vocari: nec immerito, cùm fides
 mystici Ecclesiæ ædificii basis sit & fun
 damenrum, sic ut uno convulsō aut mo
 ratō articulo, reliqui omnes eandem for
 tunam subeant. A quo exitiosissimo ma
 lo ut Ecclesia se servet immunem, omni
 curâ ac sollicitudine custodit depositum Chri
 sti, ne vel iota unum, vel unus aper
 pereat.

vit.

Caput VII.

269

pereat de fidei articulis : quod & Vincentius
Lirinensis (a) præclarè adversus temera-
rios Novatores observavit ac declara-
vit. „ Christi verò Ecclesia , sedula & „
cauta depositorum apud se dogmatum „
custos , nihil in iis umquam permutat „
nihil minuit , nihil addit : Non amputat „
necessaria , non apponit superflua , non a- „
mittit sua , non usurpat aliena : Sed omni „
industria hoc unum studet , ut vetera fi- „
deliter sapienterque tractando , si qua sunt „
illa antiquitus informata & inchoata , ac- „
curat & poliat : Si qua jam expressa & e- „
nucleata , consolidet , firmet : Si qua „
jam confirmata & definita , custodi- „
at. Denique quid aliud umquam Con- „
ciliorum Decretis enisa est , nisi ut „
quod antea simpliciter credebatur , hoc „
idem postea diligentius crederetur ? Quod „
antea lentius prædicabatur , hoc idem „
postea instantius prædicaretur ? Quod „
antea securius colebatur , hoc idem post- „
ea sollicitius excoleretur ? Hoc , inquam „
semper , neque quicquam præterea , Ha- „
reticorum novitatibus excitata , Con- „
ciliorum suorum Decretis Catholica „
perfecit Ecclesia , nisi ut quod prius „
a Majoribus sola traditione suscepérat „
hoc deinde posteris etiam per Scriptu- „
ra chirographum consignaret ; magnam „

S 5

gerum

„ rerum summam paucis litteris compre-
„ hensam , & plerumque propter intell.
„ gentiæ lucem , non novum fidei sensum
„ novæ appellationis proprietate signando,

Nunc latam ac doctissimam audiamus orati-

nem , quâ Vincentius Lirinensis (a) , strenu-

Cap. 26.

mus Novatorum mastix , locum Apostoli , qui
irallamus , exponit. „Eâ enim mirè adju-
, meum intertum. Quæ cùm ita sint , in-
, rum atque iterum eadem mecum revolven-
, & reputans , mirari satis nequeo tantam
, quorumdam hominum vœsaniam , tantam
, exæstæ mentis impietatem , tantam
, postremo errandi libidinem , ut con-
, tenti non sint traditâ semel & acco-
, ptâ antiquitus credendi regulâ , sed nou-
, ac nova in diem querant , semperque aliquid
, gestiant Religioni addere , mutare , detrahe-
, re : Quasi non coe' este dogma sit , quod le-
, mel revelatum esse sufficiat , sed terrena in-
, stitutio , quæ aliter perfici nisi assiduâ emen-
, datione , imò potius reprehensione non po-
, fet : cùm divina clament oracula : ne tran-
, feras terminos quos posuerunt patres tui . Et :

Prov. 22.

Eccles. 6.

10.

„ super judicantem ne judices . Et : scindentem
„ sepem , mordebit eum serpens . Et illud A-
„ postolicum , quô omnes omnium hæreseon
„ sceleratæ novitates , velut quodam spirituali
„ gladiô sâpe truncatae , semperque truncan-
„ dæ sunt . O Timothæs , depositum custodi , davi-
„ eans prophanas vocum novitates , & oppositis-
„ nos falsi nominis sciencie , quano quidam pro-



mittentes, circa fidem exciderunt. Et post hæc, inveniuntur aliqui tanta inveterata frontis, duritiæ, tantæ impudentiæ incude, tam admantinæ pertinaciæ, qui tantis eloquiorum cœlestium molibus non succumbant? tantis ponderibus non fatiscant? tantis malleis non conquassentur? tantis postremò fulminibus, non conterantur? *Devia*, inquit, *prophanas*, vocum novitatem: non dixit antiquitates: non dixit vetustates, immo planè quid econtrario sequeretur, ostendit. Nam si vitanda est novitas, tenenda est antiquitas: & si prophana, est novitas, sacrata est vetustas. *Et oppositio-*nes, inquit, *falsi nominis scientia*. Verè falsum nomen apud doctrinas hæreticorum, ut ignorantiae scientiæ, & caligo serenitatis. & tenebræ luminis appellatione furentur. *Quā*, quidam, inquit, promittentes, circa fidem ex-ciderunt. Quid promittentes exciderunt? nisi novam, nescio quam, ignoratamque doctrinam? Audies enim quosdam ipsorum dicere: venite o insipientes & miliari, qui vulgo, Catholici vocitamini, & discite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante sæculis latuit, nuper vero revelata, & ostensa est: sed discite furtim atque secre-tum, delectabit enim vos. *Et item*: cùm di-diceritis, latenter docete: ne mundus audiatur, ne Ecclesia sciat: paucis namque confessum est tanti mysterii capere secretum. Nonne hæc verba sunt illius meretricis quæ apud

272 Hydræ prophan. Novit.

Proo. 9.

, apud Salomonis proverbia vocat ad se pra-
,, teteuntes viam , qui dirigunt iter suum?
,, Qui est , inquit , vestrum insipientissimum,
,, divertat ad me. Inopes autem sensu exhor-
,, tatur , dicens : Panes occultos libenter attinge-
,, gite , & aquam dulcem furtim bibite. Quid
,, deinde? At ille inquit , nescio quomodo ter-
,, rigenæ apud eam pereant. Qui sunt isti ter-
,, rigenæ? exponat Apostolus: Qui circa fidem
,, inquit , exciderunt. Sed (a) opera pretium est
,, totum ipsum Apostoli capitulum diligentius
,, pertractare. O Timothee , inquit , depositum
,, custodi devitans prophetas vocum novitatu-
,, s, exclamatio ista , & præscientiæ est pari-
,, ter & charitatis: prævidebat enim futuros
,, quos etiam prædolebat , errores. Quis est
,, hodie Timotheus ? nisi vel universa Eccle-
,, sia , vel specialiter totum corpus Prælato-
,, rum , qui integrum divini cultus scientiam
,, vel habere ipsi debent , vel aliis infundere.
,, Quid est , depositum custodi ? Custodi , in-
,, quir , propter fures , propter inimicos : ne
,, dormientibus hominibus superfeminenti-
,, zania super illud tritici bonum sernen , quod
,, seminaverat Filius hominis in agro suo. De-
,, positum , inquit , custodi. Quid est depositum?
,, id est , quod tibi creditum est , non quod a te
,, inventum. Quod accepisti , non quod ex-
,, cogitasti : rem non ingenii , sed doctrina:
,, non usurpationis privatæ , sed publicæ tra-
,, ditionis : rem ad te perductam , non à
,, te prolatam : in qua non author de-
,, bes

¶ Cap. 27

bes esse , sed custos : non institutor „
sed sectator : non ducens , sed sequens . De- „
positum , inquit , custodi : Catholicæ fidei ta- „
lentum inviolatum illibatumque conserva . „
Quod tibi creditum est , hoc penes te maneat „
hoc à te tradatur . Aurum accepisti , aurum „
redde : nolo mihi alia pro aliis subjicias : „
nolo pro auro aut impudenter plum- „
bum , aut fraudulenter æramenta supponas : „
nolo auri speciem , sed naturam planè . O T- „
mothee , ô Sacerdos , ô Tractator , ô Doctor , „
si te divinum munus idoneum fecerit , inge- „
niô , exercitatione , doctrinâ : esto sp̄iritalis „
Tabernaculi Beseleel , pretiosas divini dog- „
matis gemmas exsculpe , fideliter coapta , ad- „
ornas sapienter , adjice splendorem , gratiam , „
venustatem . Intelligatur te exponente illu- „
strius , quod antea obscurius credebatur . Per „
te posteritas intellectum gratuletur , quod „
antè veritas non intellectum venerabatur : „
eadem tamen quæ didicisti ita doce , ut cùm „
dicas novæ , non dicas nova .

Sed (a ad Apostolum redeamus . O T- „
mothee , inquit , depositum custodi , devitans „
prophanas vocum novitates . Devita , inquit „
quasi viperam , quasi scorpionem , quasi ba- „
siliscum : ne te non solum tactu , sed etiam „
visu afflatusque percutiant . Quid est devita- „
te ? Cum huiusmodi nec cibum sumere . „
Quid est devita ? si quis , inquit , venit ad vos , „
& hanc doctrinam non adfert . Quam do- „
ctrinam , nisi Catholicam & universalem , & „
„ unam

unam eandemque per singulas ætatum suc-
cessiones incorrupta veritatis traditione ma-
nentem, & usque in sæcula, sine fine man-
suram? Quid cum? Nolite, inquit, recipere
eum in domum, nec Ave ei dixeritis; quia
enim dicit illi Ave, communicat operibuse
jus malignis. *Prophanas*, inquit, *vocum novi-*
tares. Quid est prophanas? Quæ nihil ha-
bent sacri, nihil religiosi: ab Ecclesiae pene-
tralibus, quæ est templum Dei, penitus ex-
traneas. *Prophanas*, inquit *vocum novitatu-*
Vocum, id est, dogmatum, rerum, senten-
tiarum novitates, quæ sunt vestigia, quæ
antiuitati contrariae. Quæ si recipian-
tur, necesse est, ut fides heatorum Patrum,
aut tota, aut certè magnâ ex parte violetur;
necesse est, ut omnes omnium ætatum fide-
les, omnes Sancti, omnes casti, continentes,
Virgines, omnes Clerici, Levitæ, & Sacerdo-
tes, tanta Confessorum millia, tanti Marty-
rum exercitus, tanta urbium, tanta popu-
lorum celebritas & multitudo, tot Insula-
Provinciæ, Reges, Gentes, Regna, Natio-
nes, totus penè jam terrarum orbis, per Ca-
tholicam fidem Christo Capiti incorpora-
tus, tanto sæculorum tractu ignorasse, er-
rasse, blasphemasse, nescisse quid crederet,
pronuntietur, „

• Cap. 34.

Prophanas, inquit, (a) *vocum novitares di-*
vita: quas recipere atque sectari nunquam
Catholicorum, semper vero hæreticorum,
„fuit



fuit. Etrevera, quæ umquam hæresis, nisi „
sub certo nomine, certo loco, certo tempo- „
reebullivit? Quis umquam hæreses instituit, „
nisi qui se prius ab Ecclesiæ Catholicæ uni- „
versitatis & antiquitatis consensione discre- „
verit? Quod ita esse, luce clarius exempla „
demonstrant. Quibus enarratis, subdit. Qui- „
bus cunctis satis evidenter perspicueq; mon- „
stratur, hoc apud oranes fere hæreses solenne „
quasi esse ac legitimum, ut semper prophanic „
novitatibus gaudeant, antiquitatis scita fasti- „
diant, & per oppositiones falsi nominis sci- „
entia à fide naufragent. Contra vero Ca- „
tholicorum hoc ferè proprium deposita san- „
ctorum Patrum & commissâ servare, dam- „
nare prophanas novitates: & sicut dixit, & „
iterum dixit Apostolus: si quis annunciarerit, „
præterquam quod acceptum est, anathema- „
re,

His omnibus luculenter ac irrefragabiliter
ostenditur, causam hæreseos esse, *Indomitam
novandis libidinem*, atque novitatem doctrinæ
& sermonum falsi dogmatis esse notam & si-
gnum: indeque hæretici passim ab aliis etiam
Patribus quasi Novantes notantur, detegun-
tur, ac damnantur: eorumque doctrina vel so-
lius novitatis titulo hæretica, aut certè de hæ-
resi suspecta rejicitur: quæ subjectis demon-
stro testimonii.

Sanctus Irenæus (¶) de Valentino & asseclis a Lib. 2.
hæreticis ita scribit: *Cum autem discrepant ad cap. 18.*
in vi-

276 Hydræ Prophan. Novit.

invicem & doctrinâ & traditione , & qui
censiores eorum agnoscuntur , affectant
singulos dies novum aliquid adinveniri ,
fructificare quod numquam quisquam excep-
vit.

a Lib. 2.

epist.

epist. 8.

b Lib. 4.

epist. epist.

ii.

Sanctus Martyr Cyprianus (a) ut Novi-
tum de hæresi ac schismate ostendat con-
cium , asseritrum novarum semper cupido
& alio loco dicit (b): quod post Deitradia-
nem , post connexam & ubique conjunctam
Catholicæ Ecclesiæ unitatem , humanam con-
tar Ecclesiam facere , & per plurimas circu-
tes novos Apostolos suos mittat , ut quedam
centia institutionis suæ fundamenta con-
trahat.

c Lib. con-

tra Con-
stantium.

Ubi , inquit , impietatis occasio patet , novi-
tium admittuntur. Et longe infra , ex nomine A-
rianorum , Sub rejiciendis , ait , novi-
bus rursum ipsi novis ad D E V M vocato-
rebellamus , & subscripturarum vocabulo no-
scripta mentimur , vagi , prodigi , impri-
dum & manentia demutamus , & accepta pro-
dimus , & irreligiosa presumimus. Dicitum
verissimum : familiare namque id est hæ-
ticis , sub prætextu rejiciendæ novitatis , de-
qua accusant nefariè Catholicos , ac restan-
randæ antiquitatis , Novis ad Deum vocato-

d Hom. 1. rebellarare.

Epist.

Theophilus Alexandrinus (d) comparat
hære-



hæreticos veritatis antiquæ fastidia sustinen-
tes, Prægustantibus, cibos vulgares fa-
stidientibus, & novos, ac insolitos affectan-
tibus.

Optatius Milevitanus (a) Donatistis in- a Lib. 3.
sultans: *Et novitas, inquit, contra antiqui- contra*
tatem à vobis instituta est. Et alio loco (b): Parmen.
Quæ est ista nova & stulta sapientia, novitatem b Lib. 6.
quærere in visceribus vetustatis?

Sanctus Augustinus (c) ita Cresconium c Lib. 2.
perstringit: *Ecclesiam, inquit, perisse dicitis:* contra
*& vos unde nativitatis ostendite. Sola igitur E- Crescon.
vangelica doctrina per excellentiam vera & an- cap. 53.*
tiqua dicitur, ad invidiam false, que nova
appellatur. Unde idem sanctus Doctor (d) d Lib. de
multas de anima opiniones enarrans, de qua- rat. anæ-
dam earum quam credit esse erroneam nec ta- ma: ad
men illam se posse expugnare concedens, ait: Optat.
Ipsa tamen sola novitate displiceret.

Juxta Tertullianum (e), *Quidquid Aposto-* e Lib. de
licum non est, posterior est, & proinde novum, præscrip-
atque adulterinum judicari debet. baret.

Sanctus Gregorius de hæreticis docet (f): f Lib. 4.
Quod communem scientiam habere refugiunt, moral.
ne cæteris aequales astimentur: & occulta ac no- cap. 18.
va semper exquirunt quæ dum alii nesciunt, a-
pud imperitorum mentes ipsi de singularitate sci-
entiae gloriantur.

Sanctus Bernardus (g) non semel notat ac g Epi 182.
perstringit in Petro Abailardo vafro hæresiar- epist. 190.
cha effrenem novandi libidinem: suas, inquit,

T novi-

278 Hydræ prophan. Novit.

novitates Catholicorum Patrum doctrinæ
sunt & fidei. Et alibi loquens de eodem: H[ab]it
mus, ait, in Francia novum de veteri magis
Theologum, qui ab ineunte ætate sua in
Dialectica lusit, & nunc in Scripturis &
sanctis insanit. Olim damnata &
ta dogmata, iam sua videlicet quam
na suscitare conatur, insuper & nova
dit. Relatis deinde quibusdam execratis
eius novitatibus, exclamat: *Quis non
reat prophanas novitates & vocum &
suum?*

a In epist.
Can.

Venerabili Beda (a) teste, Diotrephes
postolorum temporibus Hæresiarcha exi-
superbus quidem ille & insolens, malen-
que nova docendo primatum usurpan-
entia, quam antiquis sanctæ Ecclesiæ,
Ioannes Apostolus prædicabat, humilitate
rere atque auscultare mandatis.

b De Ec-
clesia
Christi l.1.

Illustrissimus Noguera (b) ita tempore
sui describit deploratque prophanos No-
tores. „Quām multos (prō dolor)
„deas ætate nostra, qui volentes & sci-
„tes, Ianæ & Catholicæ Religioni non
„cium remittunt, seque in eam pestem per-
„cipites dedunt, ut quidvis potius
„quam quod Catholicæ Ecclesia appro-
„bat, recipiant, suscipiant, admirentur,
„ac cujuslibet hominis somnia pro cœlesti
„doctrina amplectantur, quæ à Majoribus
„nostris, viris sanctitate & doctrina singu-

em: H
ri mag
sua ma
Scrip
G
nam
nova
execra
s non
G
reph
ha exi
valens
rpar
se , q
iliter
tempor
os Non
or) v
& fisc
oni nu
tem pi
potus
appro
irentur
cœlli
Majoribus
singuli
n.
ti præstantibus, summo consilio, incredibili,,
sapientia, & maximo pietatis studio statuta, „,
& complutum sæculorum atque ætatum usu,
& auctoritate roborata, ac confirmata sunt, „,
ea omnia ab instinctu & voluntate dæmo- „,
num profecta esse claimant. Quid vetus, „,
antiquum, & à memoria nostra remotum, „,
est, id omne execrantur, ac ne auditione qui- „,
dem dignum putant, contra atque habet cœ- „, a Deus. 32
leste oraculum (a), quod ait: Interroga pa- „,
trem tuum, & dicet tibi: Majores tuos, & an- „,
nuntiabunt tibi. Et quod alibi monet Scri- „,
ptura (b), Ne te prætereat narratio seniorum, „, b Eccl. 8.
ipso enim didiserunt à patribus suis, quoniam ab „,
ipsis discis intellectum, & in tempore necessita- „,
tis dare responsum. Quæ nova nondum audi- „,
ta, & nūc primum nata sunt, sine ulla consi- „,
deratione, judicio, & examinatione admittunt, „,
aplectuntur, exosculâtur, & divina oracula esse, „,
prædicant. Ut planè de eis liceat dicere, quod „,
de Atheniensibus olim dixit Lucas (c): Ad „, c A& 17.
nihil videlicet aliud eos vacare, quam ut ali- „,
quid novi dicat aut audiāt. Nec minus sanè ad „,
rem accommodate eā oratione eos simul & „,
ipso rūm magistros alloqui possis, quā usum „,
fuisse scribit Plato Ægyptium quendam „,
Sacerdotem, dum loqueretur cum Solone „,
Lacedæmonio, quæ ad hunc modum ha- „,
bet (d): O Solon, Solon, vos Græci semper „, d In Timæo
estis pueri, nullam penitus in animis,

T a

per



„per veterem auditionem antiquam hab.
 „tes opinionem : ex Græcis enim nullus est
 „nex. Ac ita quidem certè res haber. Nu
 „enim adversarii nostri opinionem, & se
 „tiam sequuntur, aut proferunt, cuius vel
 a Ser. 65.
 in Cant.
 can.]

„stolum A, vel postolicū aliquem virum fi
 „demonstrate possent. Divus Bernardus
 „loquens de quibusdam sui temporis han
 „cis, quorum hi sopitos, & extinctor
 „neres in lucem revocant : *Quare*, inq
 „ab illis suæ sectæ authorem, neminem da
 „*Quæ heresis non ex hominibus habuit pr*
 „*imum Heresiarcham? Manichei, Manem ha*
 „*reprincipem, & præceptorem : Sabelliani*
 „*bellum : Arriani, Arrium : Eunom*
 „*i, Eunomium : Nestorium, Nestoriani : ius*
 „*nes cetera hujusmodi pestes, singula signa*
 „*magistros homines habuisse noscuntur, ap*
 „*bis originem simul duxere, & nomen. H*
 „*vit ille sanctus. Quamvis autem nostris*
 „*poris heretici errores à superiorum tem*
 „*rum hereticis excogitatos invehant in Ch*
 „*isti Ecclesiam, tamen quia neque ab Ap*
 „*stolis, neque ab iis, qui Apostolorum*
 „*tenuere priscis temporibus, ortos fuisse p*
 „*bare possunt, novos eos esse, & ideo dam*
 „*ri debere censendum est. Hæc No*
 „*vera.*

Omnis igitur hereticus prophanus est No



vator, infallibileque hæreleos signum est,
Novitas doctrinæ ac sermonum. Contra,
 fana ac Catholica doctrina cana est ac prisca,
 à CHRISTI & Apostolorum temporibus ad
 nos illibatè derivata. Hinc sanctus Joannes:
 (a) *Non mandatum, inquit, novum scribo vobis.* Et infra: *Quod audistis ab initio, in vobis permaneat.* Hoc antiquitatis telo im-
 petit ac jugulat Marcionem Tertullianus (b),
 cùm ait: *Ego meum Evangelium dico verum.* Marcio.
Marcion suum: quis inter nos determinabit, cap. 4.
nisi temporis ratio ei prescribens auctoritatem,
quod antiquius reperietur; & ei præjudicans
vitiationem, quod posterius revincetur? in
quantum enim falsum est corruptio veri, in tantum præcedat necesse est veritas falsum.
 Idem contra Hermogenem: *Solemus, inquit, compendii gratia hæreticis de posteritate præscribere.* Eodem telo percutit No-
 vatores omnes sanctus Hieronymus (c):
Cur, inquit, post quadringentos annos (dicamus nos: post mille sexcentos) docere nos niteris, quod ante nescivimus? usque ad hunc enim diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit. Et NAZIAN-
 ZENUS (d): *Si, inquit, ante hos trigesimam annos fides incepit, cùm quadringenti ad Clidofere sint anni, ex quo manifestatus est noster Christus, certe & Evangelium nostrum in tanto tempore fuit inane;*

T 3

inanis

c Epist. ad Pamach.
& Ocean.
d Epist. 2. ad Clido-
nium.

inanis, & fides nostra, & si qui usum præbuerunt frustra sunt testificans, etiam populo præsuere. Presules ac tanti. Qua de re rursum Tertullianus, ait, origines Ecclesiæ, evolvant ordinem, Episcoporum, ita per successiones ab initio continentem, ut primus ille Episcopus, ex Apostolis habuerit auctorem & antrem. Hujusmodi autem successioneis cunctis Novatoribus demonstratu est possibilis; posteriores namque auctoribus anterioribus in dogmatibus non contrariantur (quis enim heresiarcha omnibus theri, aut Calvini, exempli gratia, docuitque errores?) aut anteriores Ecclesia, damnati penitus sunt extincti universis suis erroribus, multis saepe culis antequam posteriores ab Orco prodissent in lucem.

Solō igitur Catholicae antiquitatis novitates prophanae conficiuntur. Ad hanc quas & istud stat inconcussum argumentum: quod Novatores nullis sua inventa dogmata confirmant miraculis tamen novam conatur inducere doctrinam, eam debet efficacissimis, eisque dentissimis probare argumentis: aliquo nihil adversus antiquam possidentem potest obtinere: si vero, nova doctrina

a Lib. de
præscrip.
cap. 33.

est, ut ad vitam æternam consequendam necessaria esse prædicetur, debet eam evidentissima miraculorum operatione stabilire. Sic enim factum esse reperimus, quoties à D E O nova doctrina populo est tradita ac mandata. Primò enim cùm Moyses mititur ad Pharaonem (*a*), non audet ire, eo, a *Exod. 3.* quod timebat ne illi propter rei novitatem, quamerat Pharaoni dicturus, nec Pharao, nec reliqui Ægyptii fidem haberent. Quapropter illis D E U S concessit potestatem miracula patrandi cum Pharaoni ac Ægyptiis sua exponeret mandata: Ut visâ miraculorum evidentissimâ operatione, persuaderentur ad credendum his, quæ Moyses illis dicturus erat. Deinde ipse Dominus, & novam prædicans in mundo legem, & veteris legis novam, ac veram pandens intelligentiam, miraculis multis & certissimis suam doctrinam confirmavit. Postquam enim sermonem prolixum coram discipulis suis, aliisque hominibus habuisset in monte, in quo eos docuit præcepta Decalogi juxta verum eorum sensum, continuò post, sermone finito, miraculum operatus est. Cùm videlicet leproso pe-tenti atque dicenti: *Domine si vis pos-tes me mundare: Respondit (b): Volo,* b *Matt. 8.* mundare. Et confessim mundatus est à lepra. Neque hoc casu factum esse arbitre-

T 4

ris,

284 Hydræ prophan. Novit.

ris , ut finitō sermone , illicò CHRIS-
TUS coram populo qui eum audierat ,

a In cap. 8. profum sanet : Causam enim facti ho-
Matth. Divus assignat Hieronymus , dicens (a)

Rectè post prædicationem atque doctrinam ,
qui offertur occasio , ut per virtutum mira-
la , præteritus apud audientes sermo firmem
Hæc Hieronymus . Quod si talia miracula

CHRISTUS non fuisset operatus , quibus homines ad ejus doctrinam amplectis-
dam permonerentur , ipsis Judæis tunc in
credentibus nulla fuisset propter hoc cul-
imputata : Ipse euim CHRISTUS an-

(b) Si opera non fecissim in eis , quæ nemo alii
fecie , peccatum non haberent . Unde en-
dentissime convincitur esse necessariam mi-
raculorum operationem , ad tam excelle-
tis doctrinæ , ut est Evangelica , confir-
mationem . Prædicatō insuper per CHRIS-
TUM Evangeliō , ac plurimis ab eom incul-
lis confirmatō , cùm Apostoli pol-

CHRISTI in cœlum ascensionem per
diversas Orbis partes Evangelicam do-
ctrinam disseminarent , diversorum quo-

que miraculorum operatione eandem con-
firmarunt : Juxta quod de illis scribit Ma-
cucus (c) : Illi autem profecti prædicaverunt in
que , Domino cooperante , & sermonem con-
mante sequentibus signis . B. Ambros. exponet
illud , ad Romanos (d) . Per quem accepimus

c Mar. ult.

d Rom. i.



iam & Apostolatum, &c. Sic ait: *Testis enim doctrinae virtus est, ut quia quod prædicatur, incredibile mundo est, gestis fieret credibile.* Et Venerabilis Beda. (a) *Concessa, inquit, primò a Lib. 3. in Luc. 6. 7.*
potestate signorum, misit prædicare regnum Dei, ut promissorum magnitudini attestaretur etiam magnitudo factorum, fidemque daret verbis virtus ostensa, & nova facerent, qui nova prædicarent. Hæc Beda. Ex his ergo omnibus colligimus, novam de fide doctrinam debere certissimis evidentissimisq; miraculis confirmari. Quod si quid novum, si ne novorum miraculorum editione prædicitur, ipsâ novitate de hæresi est suspectum. Et qui hujusmodi Novitatibus delectatur, eisque excogitandis ac evulgandis anxius incumbit, ut inde inanem captet gloriam, aut aliud temporale commodum, hac solâ ratione conjicio eum, cum Patribus relatis, & Alphonso à Castro, (b) esse hæreticum, aut in hæresim primum, & qui facile in eam dilabetur. Videor mihi magnâ hic contentione Novatores audire clamantes: *Dicta adversus Novitates hactenus, ad nos nihil, qui non nova cudiimus dogmata, at verò Apostolicam antiquam doctrinam purè ac impermixtè docemus: ac etiam (quod quidam jactitant) antiquos Ecclesiæ instauramus Canones, ac primitiorum fidelium securissimas morum praxes: quinimò, novitates, quæ in Ecclesiam ire pserunt, insectari, istud unicum, no-*

strum

b Lib. I.
cap. 14.
advers.
Hereses.

T 5

286 Hydræ prophan. Novit.

strum est studium. Et hæc quidem speciosat fraudulenter, jactant, quotquot se Ecclesiingerunt, quantumvis importunè, remandæ: Est enim ipsum antiquitatis nomelongè aptissimum, ut errorem populo facprobabilem: ideoque Hæretici & antiquitatem, & Ecclesiam antiquam, sic inclamant, præsentis Ecclesiæ & fidem & Ritus faldiant, ipsamque Ecclesiam suâ ipsius antiquitatis, autoritate impetere ac destruadmoliantur. Hinc S. Hieronymus (a) Hæreticis, accommodans, jactabundam vocemquæ est apud Isaiam: *Filius Sapientium et filius antiquorum*: Sic inquit: *Solent Hæretici Regis suo, vel Pharaoni dicere; Filii sumus Sapientium, qui ab initio doctrinam nobis Apollanicam tradiderunt: Filii sumus Regum antiquorum.* Similiter S. Gregorius (b) Hæreticis tribuit gloriationem Eliphaezi Themaniti: *Senes antiqui sunt in nobis multi, vetustiora quam Patres tui.* Sic loquitur S. Doctor Tum verò Hæretici, ut ea, quæ afferunt, commendare stultis mentibus hominum quasi de antiquitate possint, antiquos Patres se habentestantur: atque ipsos Doctores Ecclesia, suæ professionis Magistros, dicunt: cùmque præsentes Predicatores despiciunt, de antiquorum Patrum Magisterio, falsâ præsumptione gloriantur. Hanc ipsam technam ante relatos Patres Macedonio exprobrarat S. Athanasius (c) hisce verbis. *Quemadmodum Manichei* Phry.

a In c. 19.
Iob. c. 15.

b In 15.
Iob. c. 15.

c Dialogo
3. de Trin.

phryges, omnesque ad eò hæreses dictitant, se ita
excedere, ut Sancti Apostoli crediderunt
na & tu facis. Apostolos, atque omnem in-
de antiquitatem usque ad Victoris Papæ tem-
pora haud segnius jactabant Artemonis Disci-
puli (a) quorum hæresim contra Christi divi-
nitatem Paulus Samosatenus postmodum sus-
citavit. Quam videbatur Aëtio (b) sua hæ-
resis antiquitate veneranda, qui ex contemptu ^{b Epiphan.}
^{Hæres. 76.} Orthodoxos appellabat *Temporarios quosdam*
homines. Fraude in eandem Magistrō Aëtiō
didiicerat Eunomius in ipso suæ Apologiæ ex-
ordio hæc præfatus apud Basilium : (c) Eam. ^{d Lib. I.}
verò, ait Hæresiarcha, *qua jam diu apud Pa-*
tres obtinuit piam traditionem, tamquam amus-
sim quandam, aut regulam exponendo premie-
tamus, ne quæcumque dicuntur tutius peream
possimus judicare. Ne denique longius distin-
datur oratio, omnes Novatores unam perso-
nare antiquitatem : at quam mendaciter ha-
ctenus, eō titulō fuerint gloriati dicta supra
reddunt indubitatum : & iure de eis dixit S.
Hieronymus, (d) quod *Filiī antiquorum,* ^{d In cap.}
quos se jactitant Hæretici, *arguuntur stultos* ^{19. I. a.}
habuisse Doctores. Aëtio verò sic exprobrat
S. Epiphanius : (e) *Tu verò temporarius multò* ^{e Hæres.}
magis appellandus es, qui & in errorem abdu- ^{76. con-}
ctus es, & fastu, arroganciaque distentus, & ^{fut. I. n. I.}
gregis tui pecudes passim per dumis, & spinis
confita pascua propulisti. Nemo enim eadem
recum ex veteribus sensit, ô Aeti! Quò telo
universi planè Hæretici confodiuntur.

Ut

288 Hydræ prophan. Novit.

Ut verò Lector habeat specimina quadam
Novissimorum Novatorum dogmatum
Nonne novum est dogma Calvini , De
præcipere impossibilia ? Nonne novum
Christum pro omnibus hominibus non
mortuum ? Nonne novum , hominem
bero carere arbitrio ? Nonne novum , visibi
lem Ecclesiam visibili carere Capite , ac Ro
manum Pontificem esse Antichristum , ne
Vicarium Christi ? An non novum , dolore
de peccatis ex metu gehennæ conceptum , si
servilem , subjacere peccato , & hominem ma
gis reddere hypocritam , quod Lutherus del
ravit ? An non novum , nec Sanctorum Re
liquias' esse venerandas , nec Sanctos invoca
dos ? An non novum , ter venerandas De
Matri imagines puerorum esse pupas ? An
non novum , Cæremonias omnes esse abro
gandas , ac Templa Christi omni ornatu de
spolianda : Nova certè sunt hæc omnia , et
aliis innumeris , figmenta : nisi forte dicant
Novatores ideo non esse nova , quia alii ante
eos Hæretici illa confinxerunt : Hoc enim
Novissimis Novatoribus est peculiare , ut raro
ex vino defæcato , sed ex fecibus ab Ecclesia
rejectis , quæ extant plurimæ , hauxiunt.
Verùm , etsi hoc ita se habeat , ea tamen quo
semel antiquata sunt , incipiunt aliquando esse
nova , quia tunc renovantur. Sic quamvis
errores suos moderni Novatores ex Walden
sibus , Wiccleffistis , aliisque hujusmodi fur
fusis



furiis erroribus hauserint, quia tamen eos jam dudum ab Ecclesia rejectos resorbuerunt, ac velut jam diu sepultos ab inferis revocarunt, idcirco eorum hæreses nova, hesterna, recentia-ques sunt figmenta. Quocirca S. scribit Hieronymus in istum Psalmi versum : (a) *Filia super Ps. iue sicut novella plantationes à juventute sua.* ^{129.}

Plantatio eorum (Hæreticorum) non est vetus, sed novella: non est enim de veteri lege: non est de Prophetis, non de Apostolis, sed de novis est Magistris: Filia eorum sicut novella planta- tiones à juventute sua: sed juvenes sunt, licet multæ sint hæreses: Veteres tamen, cùm quoti- die mutantur, & doctrinas suas innovant, nova sunt, non enim sunt veterum Magistrorum erro- re contenti, sed quotidie nova ipsi reperiunt. Hæc Hieronymus. Ex hisce ad antiquorum Canonum Recusores responsio in promptu est :

& isti namque Novatorum veniunt nomine, quantumvis jactent antiquitatem : ut enim jam jam probatum est, non ii tantum superin- ducent nova, qui dogmatisant planè recentia, numquam audita, aut usitata, sed & illi, qui contra præsentem pacificè ac legitimè possi- dentem consuetudinem, absque legitima au- thoritate opportunè importunè moliuntur re- stituere eos usus ac praxes, quæ cùm olim quidem fuerint, modò penitus sunt aboletæ, idque Ecclesiâ universâ, ejusque summo Pa- store Romano Pontifice consentiente & ap- probante : Hi, inquam, nova quoque indu- cunt

290 Hydræ prophan. Novit.

cunt inventa: quod ut ad oculum sit demonstratum, subjectas solum Ecclesiæ primis ac antiquæ cupio observari ac contemplari praxes, & Canones,

1. Caput 51. Concilii Carthaginensis IV
214. Episcoporum. Clericus, quantumlibet
Verbo Dei eruditus, artificio vicitum querat.

2. Caput 54. ejusdem. Clericus invenerit
fratrum profectibus, donec in vicio est, non pro-
moveatur. Solent autem Fratrum nomine
denotari Religiosi.

3. Canon 1. Pœnitentialis. Quod si Pres-
byter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem
annorum faciat hoc modo: Scilicet, quod si
inclusus, sive à ceteris in aliquo loco remotus:
faccio induitus, & humili prostratus misericordia
Dei implorans. Ubi con sequenter alia pluri-
mæ præscribuntur austeriorates publicæ ac pri-
vatæ.

4. Canon 30. Pœnitentialis. Qui blas-
phemaverit publicè Deum, vel aliquem Sancto-
rum, & maximè Beatam Virginem, illi debet
Episcopus hanc pœnitentiam injungere: scilicet
ut septem diebus Dominicis praeforibus Ecclesia
in manifesto dum Missa cantatur existat, &
ultimo illorum dierum Dominicorum pallium &
calceamenta deponat, & corrigiam ligata in
ca collum habeat, & septem præcedentibus sextis
Feriis in pane & aqua jejunet, nullatenus Ec-
clesiam ingressurus. Et aliis pœnis superadditis.

5. Canon 51. Apostolorum. Si quis Epis-
copus,

topus, aut Presbyter eum, qui à peccato rcvertitur, non recipit, sed rejicit, deponitor.

6. Canon 53. Apostolorum. Si quis Clericus in cauponā cibum capere reprehensus fuerit, à Communione excluditor.

7. Canon 56. Apostolorum. Si quis mancum, aut mutum, surdumve, aut cæcum, aut eum, cui viciosus est incessus, subsannaverit, Communione privator. Consimiliter & Laicus.

Canon 59. Apostolorum. Si quis falso inscriptos impiorum libros tamquam sacros in Ecclesia ad populi & Cleri corruptionem publicaverit, deponitor.

9. De abroganda praxi, quā vulgus promiscuè legebat sacram Scripturam, quæ invulnerat tempore S. Hieronymi & Hæreticorum operâ, & hominum curiositate, ita, reprehendendo, scribit S. Doctor: (a) Agricola, clementarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarii quoque & fullones, & ceteri qui variam sapientiam & vilia opuscula fabricantur, absque Doctore esse non possunt quod cipiunt. Quod Medicorum est, promittunt Medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturum ars est quam sibi omnes passim vendicante. Scribimus indolli, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc Sophista verbosus, hanc universi presumunt, lacerant, docent antequam discant. Alii adducto supercilîo, grandia verba trutinantes inter miscerulas de sacris Litteris philosophantur. Alii discunt

^a Ep. 103.

292 Hydræ prophan. Novit,
discunt (prob pudor) à fœminis quod viri
teant. Divus quoque Gregorius Nazian-
nus antiquitus reprehendit promiscuam illi-
licentiam sacram Scripturam lectorandi, O-
21. Sanè & apud nos, ait, quemadmodum sa-
res Sapientes Hebreos legem condere deca-
enim nequaquam permittebant, ut juvenes
cros legerent libros, tamquam inutiles animi
ad huc infirmis ac tenellis: quò non omni,
semper concederentur omnia. Quæ anti-
doctrina Apostolico est conformis oracula
quò Paulus afferit. 1. Timoth. 2. Doceri
tem mulierem non permitto. Et 1. Corin.
Mulieres in Ecclesiis rabeant: non enim per-
titur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex da-
si quid autem volunt discere, domini viri se
interrogent. Non autem dicit Apostolus
quod erat æquè facile, Scripturas legant. Ha-
bit Primasius, antiquus Pater: Viri adeo de-
sse deberent, ut uxores suas docere, & in re-
fidei instruere possent. Sed, quid si indu-
sint viri, aut mulieres sint innuptæ? Responde
Primasius: Habent Concionatores, Confessio-
& Magistros, qui eas instruant. Hæc do-
ctrina & praxis antiqua circa lectionem facit
Scripturæ pro mulierculis.

10. De praxi conversandi ac cohabitati Cle-
ricorum, cùm mulieribus hæc statuit ven-
randa antiquitas. S. Clemens Epist. 2. ad Je-
sob. Hierosolymorum Episcopum, sic scribit:
Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non al-

cedat, nec properet: nec sine majoris natu Prin-
cipis iussione: nec Presbyter solus cum sola fœ-
mina fabulas misceat: nec Archidiaconus, nec
Diaconus sub prætextu humilitatis, & officiū fre-
quentet domicilia Matronarum, aut sorte per
Clericos, aut domesticos ejus matrona mandent
secreter aliquid. Si cognitum fuerit, & ille
deponatur, & illa à liminibus arceatur Ecclesia.
Hæcibi. S. quoque Cyprianus de cohabita-
tione Clericorum cum fœminis conjunctis
consanguinitate hæc statuit, in fine lib. de sin-
gularit. Clericor. Si quis habet matrem, vel
filiam, vel sororem, vel conjugem, vel cognatam,
sic habeat, ut nulla ancilla intersit, neque aliqua
ingrediatur extranea, ne ad hoc videatur tenere
proximas suas ut ipsarum causa liberè sibi adhi-
beat alienas, quod si non possint ipsæ quæ sunt
proximæ sine famularum ministerio, vel sine
amicarum esse solatio, expedite ut migrant ad aliud
domicilium, quam propter illas personæ contra-
ria teneantur, humanum est enim ut nec Cleri-
cns illas necessariis fœminis fraudet, nec ipsa Cle-
ricum per importunas fœminas sordident. Af-
signari possunt sanctis mulieribus, cum quibus
vivant, dummodo cum Clerico fœmina nulla
commaneat, non despecta, non vetula sine affini-
tate peculiariter suspicienda ad domesticum ob-
sequium, quia magis illuc cùd delinquitur, ubi
sine suspitione securum potest esse delictum, ma-
xime quia Cupidini nulla deformitas, nulla de-
spectio fastidii vel vitiæ existit, sed diabolus

V

pingens

294 Hydræ prophan. Novit,

pingens speciosum efficit quicquid fædum vili-
ridum fuerit. Si quis autem plutes Canones
praxes antiquas antiquatas ac aboleras des-
ret, noster Clypeus Religionis dat, part. 1.4.

Quod si hodie quispiam præmissas (eximis
meris aliis) primitivæ ac antiquæ Ecclesie
praxes, Canones, ac dogmata omnia, aufer-
vel unum aliquod adniteretur ad præsumere
care, vix dubito, & ne vix quidem, quin
ipsis antiquarum praxium ac Canonum Re-
cuseribus, exsibilaretur ut novus ac impu-
dens dogmatistes. Liquidò proinde con-
stat, novorum nomine, nedum venire ha-
bita, ac numquam usitata, sed antiquata
abolera, sirenoventur. Hic nostra ferat
prophanos esse Novatores, quidquid non
antiquitatem sonare videantur, ac novitatem
bellum implacabile indixisse: placent enim
lis novitates à se ad inventæ ad præfixum
scopum assequendum, displicant, qualia
Religionis augmentum legitimâ Ecclesiæ au-
thoritate sunt institutæ: quibus proinde ob-
stortis Antiquariis, ac fraudulentis Novato-
bus cum S. Hilario (a) repono: Novitatem
cum, sed prophetas devitari jubet Apostolus.
Tu cur pias excludis? . . . In uno novitas ab-
soluta, in alio submovetur. Ubi impietas occi-
sio patet, novitas admittitur: ubi autem Reli-
gionis maxima & sola cautela est, excludatur.

Non igitur omnia nova noxia: sed sola
prophanæ, ac usurpatâ authoritate indil-
ctio

a Lib. con-
tra Con-
stantium.



re inventæ novitates ex Apostoli mandato
sunt devitandæ. Quæ verò in novanda Re-
ligione observanda sit ratio ac regula, sæpè
laudatus docet Vincentius Litinensis. „ (a) ^{a Lib. con-}
Sed forsitan dicit aliquis: Nullusne ergo in „ ^{tra pro-}
Ecclesia Christi profectus habebitur Reli- „ ^{pian. No-}
gionis? Habeatur planè, & maximus. Nam „ ^{vit. c. 28.}
quis ille est tam invidus hominibus, tam „
exodus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed „
ita tamen ut verè profectus sit ille fidei, non „
permutatio. Si quidem ad profectum perti- „
net ut in semetipsa unaquæque res amplifice- „
tur: ad permutationem verò, ut aliquid ex „
alio in aliud transvertatur. Crescat igitur „
oportet, & multum vehementerque profi- „
ciat, tam singulorum, quam omnium, tam „
unius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum „
ac sæculorum gradibus intelligentia, scien- „
tia, sapientia: sed in suo dumtaxat genere, „
in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, ea- „
demque sententia. (b) Imitetur animarum „ ^{b Cap. 29.}
Religio rationem corporum, quæ licet an- „
norum processu numeros suos evolvant, & „
explicit, eadem tamen quæ erant, perma- „
nent. Multum interest inter pueritiae flo- „
rem, & senectutis maturitatem: sed iidem „
tamen ipsi fiunt senes, qui fuerant adolescen- „
tes: Ut quamvis unius ejusdemque hominis „
status habitusque mutetur, una tamen ni- „
nilominus eademque natura, una eademque „
persona sit. Parva lactentium membra: ma- „

V 2

gna

„ gna juvenum : eadem ipsa sunt tamen. Qu
 „ parvolorum artus, tot virorum : & si qu
 „ sunt, quæ ævi maturioris ætate parium
 „ jam in seminis ratione proserta : ut nil per
 „ novum proferatur in senibus, quod non
 „ pueris jam antea latitaverit. Unde non
 „ bium est, hanc esse legitimam & re
 „ proficiendi regulam, hunc ratum atque
 „ cherrium crescendi Ordinem : si eas
 „ per in grandioribus partes ac formas num
 „ rus detexat ætatis, quas in paryulis Cre
 „ ris sapientia præformaverat. Quod si
 „ manu species in aliquam deinceps non supe
 „ neris vertatur effigiem, aut certè adda
 „ quipiam membrorum numero, vel den
 „ harur: necesse est, ut totum corpus vel int
 „ cidat, vel prodigiosum fiat, vel certè deb
 „ tetur. Ita etiam Christianæ Religionis do
 „ mi sequatur has decet profectuum legem
 „ annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore
 „ sublimetur ætate : incorruptum tamen
 „ illibatumque permaneat, & universis pa
 „ tium suarum mensuris, cunctisq; quasi mem
 „ bris ac sensibus propriis plenum atque perf
 „ ectum sit: quod nihil præterea permutatione
 „ admittat, nulla proprietatis dispendia, nile
 „ iam sustineat definitionis varietatem.

¶ Cap. 30.

„ Exempli gratiâ: a severunt Majores nostri
 „ antiquitus in hac Ecclesiastica segere triticea
 „ fidei semina: iniustum valde & incongruum
 „ sit, ut nos eorum posteri pro germana ver



rate frumenti, subdititium zizaniæ eligamus,,
errorem. Quin potius hoc rectum & conse-,,
quens est, ut primis atque extremis sibimet,,
non discrepantibus, de incrementis triticeæ,,
institutionis, triticei quoque dogmatis fru-,,
gē demetamus: Ut cùm aliquid ex illis seminū,,
primordiis accessu téporis evolvatur, & nunc,,
lætetur & excolatur: nihil tamen de germinis
proprietate mutetur; addatur licet forma, spe-,,
cies, distinc^{tio}: eadem tamen cuiusq; generis,,
natura permaneat. Absit etenim, ut ros ea illa,,
Catholici se^s plantaria, in carduos, spina-,,
que vertantur. Absit, inquam, ut in isto spiri-,,
tali paradi^{so}, de cynamomi & balsami sur-,,
culis, lolium repente atque acconita prove-,,
niant. Quodcumq; igitur in hac Ecclesia, Dei
agricultura, fide Patrum satum est: hoc idem,,
filiorum industria decet excolatur, & obser-,,
vatur: hoc idem floreat & maturescat: hoc,,
idem proficiat & perficiatur. Fas est etenim,,
ut prisca illa cœlestis Philosophia^e dogmata,,
processu temporis excurentur, limentur, po-,,
lliantur: Sed nefas est ut commutentur, nefas,,
ut detruncentur, ut mutilentur. Accipiant li-,,
cet evidentiam, lucem, distinctionem: sed re-,,
tineant necesse est plenitudinem, integrita-,,
tem, proprietatem. ,,

Nam si semel admissa fuerit hæc impiæ,,
fraudis licentia, horreo dicere, quantum ex-,,
scindendæ atque abolendæ Religionis peri-,,
culum consequatur. Abdicatā etenim,,

298 Hydræ prophan. Novit.

qualibet parte Catholici dogmatis, alia quæ atque item alia, ac deinceps alia & aliæ quasi ex more & lictio abdicabuntur,

Hæc Lirinensis: cuius normam ac regulam quia hodierni Novatores non observant, hæc tanta hæresum confusio, tanta fidei Catholicae dogmatum strages, cum quod in Dogmatis agricultura, fide Patrum satum est, non conservent, poliant, ac dilucident, sed in domo novandi libidine permutent, ac penitus absalent; ut jure inter signa ruinae Ecclesie meraverit Gerson. (a) Novitatem opiniorum

Cap. 31. Ex hoc enim ait, surgunt hereses; schismata defenduntur, & defensa radicantur, ratificata, ut experimur, fidem & Ecclesiam distruunt; moderno enim tempore unusquisque interpretari, & trahere non veratur Sacram Scripturam, jura SS. Patrum instituta ad bitum sua voluntatis, prouerbiis, odium, prodia, spes promoeionis, aut vindicta eum inducat. Quod autem spectat ad Ritus, familiæ Cæremonias ac consuetudines, quæ secundum locorum, temporum ac personarum varietatem frequenter recipiunt mutationem. Nemo non videt, si regatur prudentia a cœcretione, pace, ac erga summum Pontificem Vicarium Christi reverentiâ, magnum debet honorem ac respectum vetustis usibus, Ritibus ac consuetudinibus, licet priorum temporum consuetudinibus contrariis, quæ antiquis abrogatis, unanimi fidelium consensu ac peccati, nec non summi Pontificis Romani auctoritate

part. 2.
serm. de
sign. ruine
Eccles.

seu confessione probatae sunt ac firmatae: Ho-
rum enim disceptio, ac concusso, aut fidei do-
gmatibus, aut saluti animarum solet derogare
ac nocere, uti ex ante dictis facilè est observa-
tu: ea quippe est mortalium indoles, nec in-
fundata, ut facile habeant contemptui, quæ
facile instituantur, facileque rursus de-
struuntur ac abrogantur: facile quoque
ducuntur in vilipendium Religio ipsa ac
divina Sacraenta, si soliti, probati,
longaque consuetudine in illis radicati Ritus,
ac usus, aut manifestè, aut tacite sugillentur
innovando, remissè laudando, aut alio quovis
modo extenuando. Nisi igitur in his premat aut
irrefragabilis ratio, aut urgentissimâ necessi-
tas; neque in istet summi Romani Pontificis
missio ac jussio, penitus abstinentiam ab in-
novatione ac reformatione, si Ecclesiæ studea-
mus profectui, ac Catholicorum paci: huma-
nius namque animus alicui objecto protracto,
tempore, intensoque proinde affectu, affixus,
egrè admodum ab eo divellitur, avulsusque
dissilit in murmura, ac in avellentium odia; nec
facili negotio novis, quibus minimè afficitur
hactenus, applicatur, nisi leves quidam ac in-
constantes: quò fit, ut sapernumerò omnem
abdicent Religionem. Vetus proinde affectio
pia, ac religiosa, fovenda est, nequaquam per-
turbanda aut innovanda, ut enim rectè Chry-
sto Iustus: (4) *Novitas omnium animos offen-
sive. Et meritò, à temeraria namque Reli-
gionis innovatione, & civilis & Ecclesiasti-*

*a Hom. 9
in 2. ad
Cor.*

300 Hydræ prophæt. Novit.

cæ Republicæ oriri solet perturbatio æna : Unde Tertullianus (a) haud invitetur : *Romani Imperii magnitudinem & turnitatem, Religionis potissimum cure, mnis in ea novationis odio, tribuendam* Rectè enim à Sapientibus judicatum fuit: quæ multorum sæculorum usu ac ditione firmata essent, sine scelere, ac impie novitatis tantum studio, mutari atque alieri non posse: cùm res humanæ, ut Hippodamus Pythagoræus, referente Florentino Remundo, (b) dixit, nullam in divinisationem admittant, quæ non cum ipsam ruina sit conjuncta. Rectè quoque Ennius:

Moribus antiquis res stat Romana viri

Et quemadmodum partes vitales in homine summo vitæ periculo lædi non possunt. Sic in Religione etiam, ut quæ velut anima est Republicæ, & firmissimum omnium regum fundamentum, ne minimum quidam mutari potest, quin multa mala statim pericula in Republicam redundant. Hanc nam tamquam primam ac solidissimam balinum quotquot in optima hominum conformata societate laborarunt, Republicæ à se descripta subjecerunt. Hinc divinus ille Plato primum in sua, cogitatione magis quam opere effigenda, Republica locū tribuit. Qui ejus quoque Rectoribus primum hoc tradit præceptum,

In Apo-
logia.

b. Lib. 7. c.
1. Heres.

quidquam in Religione mutari, aut novari patiantur, quoniam certissimum sit, ex Religione mutatione, Imperii quoque sequi mutationem. Id si ulla alia sub sole Regio, Germania, Gallia, Anglia experta est; quæ simul atque novæ Religioni ac hæresi aditum dedere, pristinæ suæ felicitati longum, atque utinam, non aeternum, Vale dixer. Misera Germania, misera Gallia, misera Anglia, quæ veluti communes omnibus Christianis aræ fuistis, postmodum velut theatra fuistis, in quibus non varia tantum hæreseon monstra, verum etiam gravissimæ ex eis natæ calamitates fuere repræsentatæ, & adhuc hodie domum repræsentantur. O iterum miseras, ô inconstantes Nationes! quantum à pristina majorum constantia degenerastis, quâ illi in recepta semel, integrè inviolabiliterque conservanda Religione perstiter. Vos omnibus qui posthac futuri sunt, exemplo eritis & documento, quām perniciōsum sit à fide Catholica deficere atque apostatare.

Nos igitur, ô constantes fidique Catholici! istorum malis ac periculis facti cautores, modis omnibus prophanis resistamus Novatoribus, nefas prorsus esse arbitremur loco movere sacros limites ab antiquitate constitutos. Sempér optimum est, quod est antiquissimum, ait jure Floremundus (*a*), & antiquissimum quod est optimum. Credere oportet veteribus, ait unus SS. Patrum, eodem

*a Lib. 8. de
hæres. cap.
2. u. 7.*

V 5

Flo-

302 Hydræ prophæt. Novit.

Floremundo teste , tamquam melioribus
Deo propinquioribus : ad quos ipse nos
nos remittit : *Ne transgrediaris*, ait per Se-
monem (a), terminos antiquos , quos posu-
isti Patres tui. *Nolo adversum nova ven-*
ta inquit Divus Hilarius (b) , novas medie-
cōrum comparationes : *Nolo adversum nova-*
ta *stos nova bella* : *Nolo adversum novas in-*
consilia recentia. Cana , antiqua sunt arma-
teris illius bellatricis Ecclesiæ , numquā
manibus deponenda. Non hic sermo
de humanâ illâ antiquitate , quam Sa-
ties receperunt , quam nonnemo appellat
ciam sapientia , & vicinam divinitatis : sed
Christianæ tantum antiquitate , aut , ut dicit
elarius , de illa fide , illa doctrina , quam im-
plexi secutique sunt unanimiter omnibus culis , omnes Christiani , inde ab origine su-
a tempore nimirum Christi ; hoc est , ii , qui
audire , & quibus tamquam ipsi Deo obedi-
e ecclesi voce jubeinur , quos eadem errare po-
se negat simul omnes in idem consentientes .
hic quidem tam mirabilis consensus spiritu
nostro testatur , non posse eundem aliquid
quam à Dei Spiritu proficiisci. Et qui etiam
deprehenduntur per longum annorum span-
soli Christianorum nomine appellati , fini
Christianismum professi fuisse ; imò quisque
Commissarii , Legati que Dei , & bonorum
ipsius dispensatores , & cœli janitores , ut lo-
quitur Scriptura. Imitanda proinde nobis in
extirpandis prophanis Novitatibus , ac tuenda

a Proe.

b 22.

b Lib. con-
tra Con-
stantium.

antiquitate cura ac soler:ia Patrum Synodi E-
 pheinæ, in qua, referente Vincentio Lirinen-
 si (a), Cùm lecta esset sancti Capreoli Episcopi
 Carthaginensis epistola, qui nihil aliud intende-
 bat, & precabatur, nisi, ut expugnata novitate
 antiquitas defendetur; ita Episcopus Cyrillus
 proloquuntur est, & definivit: quod hic quoque
 interponere non ab re videtur: ait enim in fine
 gestorum: & hoc, inquit, quælecta est epistola
 venerandi & multum religiosi Episcopi Cartha-
 ginensis Capreoli, fidei gestorum inseretur, cuius
 aperta sententia est: vult enim antiquæ fidei dog-
 mata confirmari: novitia vero, & superflue ad-
 inventa, & impiè promulgata, reprobari aique
 damnari. Omnes Episcopi adclamaverunt: He-
 omnium voces sunt, hec omnes dicimus, hoc om-
 nium votum est. Quætandem omnium voces,
 arque omnium vota, nisi ut quod erat antiquitus
 tradidum teneretur: quod adinventum nuper, ex-
 ploderetur. Hæc Vincentius Lirinensis ex Sy-
 nodo Ephesina: addit verò, Patribus Ephe-
 sinis curæ fuisse, Ut omnimodis præcavarent, ne
 aliquid posteris traderent, quod ipsi à Patribus
 non accepissent: & non solum in presenti rem be-
 ne disponerent, verum etiam post futuris exempla
 præberent, ut & ipsi scilicet sacrae vetustatis do-
 gmata colerent, prophana vero Novitatis ad-
 inventa damnarent. Nobis ante tot saecula repu-
 diandæ novitatis exempla dedere celeberrimæ
 Synodi Patres: Colamus igitur & nos sacrae
 vetustatis dogmata: prophana vero Novitatis ad-
 inventa dammemus: Ut enim testatur Damasus
 Papa:

a Lib. econtra proph.
 novit. c. 1
 42.

a Apud Socolog. lib. 3. cap. 14. de dif- crim. ve- Eccl. Papa (a): Patrum nostrorum sententiae nobis retenenda. Testatur & magnum illud Christiani Orbis lumen magnus Basilius: Fide inquit, nos neque per alios nobis noviter praeservata & falsa ptam amplectimur, neque nos ipsi mentu nobis incerta nobis proponere audemus, ne humana tentur esse potius verba; sed quæ à sanctis Patribus didicimus, hac interrogantibus tradimus. Unde & illa aduersus Novatores queritur Contemnuntur, inquit, Patrum dogmata, postolica & traditiones ad nihilantur, novorum minum inventa introducuntur. Episcopum tem illum esse dicit: *Quis sit custos doctrinæ*

b Lib. 2. ad Grat. cap. ult. trum, omnis autem novitatis hostis. Divisus hortatur Ambrosius, (b), „Servemus primum majorum, ne hereditaria signacula a usurpatione, temeritatis violamus. Librum signatum millesimæ, Propheticum, non Seniores, non Potestani, non Angeli, non Archangeli aperire auctoritate, soli Christo explanandi ejus prærogativa servare. Quia est. Librum Sacerdotalem, quis nostra resignare audeat, signatum à Confessoribus, multorum jam martyriu[m] consecratum? Qui qui resignare coacti sunt, postea tamen damnati, tâ fraude, signarunt: qui violare non ausi sunt. Confessores, & Martyres extiterunt. Quod modo fidem eorum possimus denegare, quorum victoriam prædicamus? Acceptat monachum Vincentius Lirinensis, atque subjungit:

c Cap. 7. „(c) Prædicamus, inquam, ô venerande Ambrosi, prædicamus planè, laudantes quemque

mur. Nam quis ille tam demens est, qui eos et si
adsequi non valeat, non exoptet sequi, quos à
defensione fidei Majorum nulla vis depulit? non
mina, non blandimenta, non vita, non mors,
non palatium, non satellites, non Imperator, non
Imperium, non homines, non demones. Quos,
inquam, pro religiose vetustatis tenacitate tanto
munere Dominus dignos iudicavit, ut per eos
prostratas repararet Ecclesias: exstructos spirita-
les populos vivificaret? dejectas Sacerdotū coro-
nas reponeret? nefarias illas novella impietatis nō
literas, sed litoras, infuso cœlitus Episcopis fide-
lum lacrymarum fonte deleret? universum
postremò jam penè mundum, sèvare pentinâ hæ-
rescostempestate percussum, ad antiquam fi-
dem à novella perfidia, ad antiquam sanitatem,
à novitatis vesania; ad antiquam lucem, à no-
vitatis cœcitate revocaret?

Adjiciamus dictis ad majus firmitatis ro-
bur, instructionisque lumen, alteram Lirinen-
sis (a) cautelam adversus universas Prophanas ^{a Cap. 3.}
Novitates. In ipsa item Catholica Ecclesia,
magnopere curandum est, ut id teneamus,
quod ubique, quod semper, quod ab omni-
bus creditum est: hoc est etenim verè pro-
prièque Catholicum: (quod ipsa vis no-
minis ratioque declarat, quæ omnia verè u-
niversaliter comprehendit) sed hoc ita de-
mum fit, si sequamur universitatem, antiqui-
tatem, confessionem. Sequemur autem uni-
versitatem hoc modo, si hanc unam fidem
veram

„veram esse fateamur , quam tota per orbem
 „terrarum confitetur Ecclesia : Antiquitas
 „, verò ita , si ab his nullatenus sensibus res
 „damus , quos sanctos Majores ac Patres
 „stros celebrasse manifestum est. Conseruam
 „, nem quoque itidem , si in ipsa vetustate
 „, nium , vel certè penè omnium Sacerdotum
 „, pariter & magistrorum definitiones senes
 „, tiasque sectemur.

a Cap. 4:

„Quid faciet igitur (2) Christianus Catho-
 licus , si se aliqua Ecclesiæ particula ab
 versalis fidei communione præciderit ? Quod
 utique , nisi ut pestifero corrupto quem
 bro , sanitatem universi corporis anteponat.
 Quid si novella aliqua contagio non jam po-
 tiunculam tantum , sed totam pariter Ecclesiam
 commaculare conetur ? Tunc inde
 providebit , ut antiquitati inhæreat , quia
 proorsus jam nō potest ab illa novitatis fraude
 seduci . Quid si in ipsa vetustate , duorum
 aut trium hominum , vel certè civitatis unius
 aut etiam Provinciæ alicujus error deprehe-
 datur ? Tunc omnino curabit , ut paucorum
 temeritati , vel inscitiæ , si quas sint , univer-
 saliter antiquitus universalis Ecclesiæ denun-
 cia præponat . Quid si tale quid emergat , ut
 bi nihil hujusmodi reperiatur ? Tunc oportet
 ram dabit , ut collatas inter se majorum co-
 sulat interrogetque sententias : eorum demum
 taxat , qui , diversis licet temporibus & lo-
 cis , in unius tamen Ecclesiæ Catholice

com.

communione & fide permanentes , magistri „
probabiles extiterunt : & quidquid non u- „
nus aut duo tantum , sed omnes pariter uno „
eodemque consentu , aperte , frequenter , per- „
leveranter , tenuisse , scripsisse , docuisse co- „
gnoverit , id sibi quoque intelligat absque ul- „
la dubitatione credendum . „ *Hac Lirinensis ;*
qua omnia exemplis consequenter illustrat : cu-
ius præclara informatione fideles , grassante pro-
phana novitate , facile omnes errorum laqueos e-
vadent .

Venerabilis noster magnusque Thomas Waldensis , validus Ecclesiæ ensis , perpetuus infractusque hæreticorum malleus , velut solo Noviatis titulō sufficienter censens colluviem hæresum Wiccleffisticarum confutari , ac Catholicam fidem antiquitatis suæ prærogativâ abundè propugnari , opus suum auro gemmisque dignum , à magnis viris maximo- pere celebratum , quod adversum Hæresiar- cham Wiccleff conscripsit , *Doctrinale anti- quitatum fidei Ecclesiæ Catholice* , intitulavit , ad invidiam Novellæ Wiccleffisticae hærefoeis , quam variis locis *novitatis* , indeque & falsita- tis insimulat : Unde , quædam ad meum quo- que institutum conducentia , ex tanto doctore desumam verba & argumenta . Initio igitur Operis (a) , *Novitates hæreticas aggressurus* , a Tom. t.
Apostolicum sibi præfigit præceptum , quō lib. I. art. I.
Timotheo jubet prophanas devitare vocum cap. 2.
novitates . Responsurus ergo , inquit , in causâ
Dei

308 Hydræ prophan. Novit.

„ Dei ad Paulum , olim optimum Respon-
 „ lemi , formam Christiani Responsalis 200
 „ pturus intendo , & quod Timotheum
 a. 1. Tim. 6. „ cuerit audio (a). O Timothee (inquit)
 „ positum custodi , devitans prophanas voces
 „ novitates , & oppositiones falsi nominis
 „ entiæ , quam quidam promittentes circa
 „ dem exciderunt. Hic didici quid sit cava-
 „ dum , ne scilicet prophanas adversarii no-
 „ vocum logicas novitates admittam. „ Quia
 ab Apostolo didicit Waldensis , discamus & ma-

b Walden.

Tom. 1.

lib. 2. a. 2.

cap. 22.

„ Recitatis seriatim (b) Apostolis Bea-
 „ hilarius. Ab his (inquit) quæ tem-
 „ edoctus , cum his immedicabiliter imbun-
 „ sum. Et ignosce omnipotens Deus , quia
 „ his nec emendari possum , & commorip-
 „ sum. Tardem ihi hos impiissimos , quantum
 „ ego arbitror , doctores ætas hujus nunc se-
 „ li protulit: Seros habuit nunc fides mea qua-
 „ tu erudisti magistros. Inaudit is ergo his on-
 „ nibus in te ita credidi , per te ita tenatus sum
 „ & exinde tuus sum. Hæc ille. ALICTOR.
 „ Non ergo existimo tutum , quod fideles eu-
 „ dant seris magistris Wicleffisticis & Hu-
 „ sitis in traditionibus articulorum novorum
 „ immo nec quorumcumque qui non ab ipsi
 „ Apostolis fidem illam inchoatam doceant,
 „ & per Ecclesiæ Patres traductam in forma
 „ fidei veræ , probent. Joannes indeait , prime
 „ Joan. 2. Quod audistis ab initio in vobis
 „ maneat . „ Probat deinde infra hæresim Wiclef-
 „ sticam

ibid.



fisticam esse novum adinventum, quia non est doctrina una per orbem terrarum diffusa. „ Hoc ergo solùm sufficit vincere Wicclifistas hæreticos novitatis, quod fides illorum per utramque partem orbis terrarum non est una , & per hoc non fides Christiana. Nulliadhuc in Gallia eam noverunt: pauci in Alemania, exceptis patriciis Bohemis , ad quas parres duo exdiscipulis ejus Hieronymus , & Joannes Huss codices transtulerunt. „ Quod servata proportione, dicere licet de nostræ etatis novissimis Novatoribus, quorum hæreticae novitates in pauis ac modicis orbis Christiani angulis latitant.

Exhibeat deinceps Waldensis Wiccleffum, quod suis Novitaribus vollet haber fidem, quas nullis novis miraculis confirmaret. „ Si nos (ut soles appellare) sumus hæretici, sumus infideles, quia tibi nova prædicanti non credimus: quia scilicet à temporibus Apostolorum usque ad hæreticos quos Patres nostri damnabant, nulquam novimus prædicata vel docta: saltem ne perfidi & increduli maneamus, vera fac signa, miraculis irriga, & nova facias, quinovissima predicas. Quid totâ die manus vestras expanditis ad populum non credentem? quid solis verbis novum Evangelium prædicatis: cuius auctor primus Wiccleff est Evangelicus doctor vester? ecce dicimus: non credimus novam fidem, nec aliam quam quæ ab Apostolorum temporibus usque ad hæc tem-

310 Hydræ Prophan. Novit,

,, pora nostra duravit : quam Graci
,, verunt, Indi audierunt , cunctaque pe
,, berm secula non mirantur ut novam
,, stra verba stupent aures quæ pruriant
,, ratem: cunctæ per orbem Provinciæ ve
,, dogma ignorant. „ Hac novissimi Nov
sibi dicta arbitrentur, sibique usurpent.

Tandem ita in Novitatem Wi cleffii
invehitur (a) : Desinat incessere novitas vo
l. 2. art. 3. tem. Et alibi (b) : Pereat ipse cum novis
cap. 71. suis. Nos autem cultores Evangelicae perfidiæ
b Lib. 3. imitemur sanctos Patres.
ars. I. c. 2.

Noster Christianus Virgilius Baptista
tuanus Rituum Legumque innovatione
Ecloga 10 pulchrè quoque depinxit , & fortiter elu
status : sic canit in suo Bembo.

Qui veteres audent ritus mutare , suoq[ue]
Arbitriō : E[st] nullis ducunt sub legibus evan
Hisunt , o Myrmix : qui bella domesticagi

Et infra.

Bem. Audite o[mn]i generis longæva propag[atione].
Myr. Lite super vestra quæ si sententia nostra.
Bat. Batrache , me audaci toties sermone lacessi.
Non ego , sed non aqua magis te causa lacessi.
Judiciumq[ue] timeri sibi mens male conscientia.
Can. Quando inimicitias tempus deponere , rursum
Vestra Novas lites vecordia fuscitat , ergo
Perpetuist hæc rixa odiis eterna manebit ?
Quæ vos debilitas capitis , quæ insania vexit

Caput VIII.

311

Non pudet his uritanto sub indice nugis?
Ergo animis audire equis, odusque sepultis,
Ultima doctiloqui qua sit sententia Bembi.
Ferte per antiquos Patrum vestigia gressus: Bem.
Et veteres servate vias.
Figite in antiquis iterum magalia campis.
De veteri ritu, de consuetudine Patrum
Rixa agitur vobis? leges moresque parentum
Bartrache dic.

Concludo cum Cretensi. Valeant novitas-
us, partim ex inscitia, partim ex intoleranda ar-
rogantia natæ.

CAPUT VIII. Hydræ.

Unam sacram Scripturam, id est,
ejusdem perversas hominum privato-
rum interpretationes, omnium Pro-
phanarum Novitatum, seu
hæreseon esse fundamen-
tum præten-
sum.

Nihil apud Ecclesiasticos Historicos,
hæreticorum mores describentes, magis
obvium, nihil ex ipsorummet hæreticorum
X 2 scri-